

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6393

Auteur(s) : Raoul de Sancta Sorracione [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation :

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation à Saint-Lô par Raoul de Sancta Sorracione de ce qu'il avait à recevoir sur le fief de Robert de Normanville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° LIV, p. 374.

Dissertation critique

Sans doute le deuxième moitié du XIIe siècle.

Le texte comporte des renseignements contradictoires sur la date. L'usage de la monnaie d'Anjou suggère la deuxième moitié du XIIe siècle (1154-1204), d'une part, l'archevêque « Petrus » est du XIIIe siècle, d'autre part. On ne trouve que Pierre de Collemezzo (oct. 1236-1244) comme archevêque de Rouen de ce nom après Pierre Ier de la fin du IVe siècle jusqu'au XIIIe siècle.

Le nom écrit sur l'original peut être celui de Rotrou, archevêque de Rouen de 1165-1183. Le style de cet acte pourvu de nombreux témoins aussi nous conduit le dater de la deuxième moitié du XIIe siècle.

Texte établi d'après a

Sciant omnes quod ego Rad. de Sancta Sorracione dedi et concessi in perpetuam elemosinam pro salute anime mee et animarum antecessorum meorum ecclesie Beati Laudi Rothom. et canonicis ibidem deo servientibus totum redditum meum quod de feodo Roberti de Normanvilla habebam apud sanctam sorracionem. videlicet IIII solidos andegavenses quos Laurentius de Minerei debet ad festum omnium sanctorum annuatim reddendos. Et III solidos quos Walt. comes debet ad eundem terminum. Et III minas avene quas Rad. Coudabe. debet ad festum sancti Michaelis et campardum de IIIII acris terre quam idem Rad. tenet. Item II capones ad natale et campardum de II acris terre quod Ernaudus de Larue debet. Hunc redditum garantizare contra omnes homines prefatis canonicis affidavi ego predictus Rad. de me et heredibus meis pro posse meo legitimo. Pro huius autem beneficii recompensatione iamdicti canonici dederunt mihi IIIIor. libras andegavenses et X solidos de elemosina sua et filiis meis Hug. Iohan. et Willelmo. qui hanc concesserunt elemosinam. II sol. andegavenses de recognitione. Hoc autem factum fuit assensu et voluntate Rob. de Normanvilla domini feodi predicti cui sepredicti canonici dederunt V solidos andegavenses de recognitione, qui etiam omnia iura predicti feodi ad eum pertinentia prenominate ecclesie pro amore Domini quicta relinquit et predictam elemosinam garantizare promisit salvo tamen auxilio a capitali domino descendente. Ut hoc autem firmum et stabile permaneat presenti scripto et sigilli mei munimine

roboravi. Predictus etiam Rad. suum apposuit sigillum. Testibus Henrico sacerdote de Sancta Sorrac. R. ____ Hug. Grandin. Willelmo de Bellafossa. Hug. de Haironcell. Michaele Groignet. Hug. filio eius Bartholomeo Bataille. Petro archiepiscopo et aliis multis.